

digneris; in suffragiis autem sanctorum, alia manu suppari, addita est (f. 205^v) oratio ad s. Ambrosium, *patronum* civitatis Mediolan. Initiales maximae auro et coloribus distinctae; maiores rubro et caeruleo colore alterne depictae; tituli et rubricae minio. In margine inf. folii 1^r compendium *YHS* (= *Yhesus*), litteris aureis, cum aurea corona superimposita.

Tegumenti tabulae nigro corio, aureis ornamentis signato, saec., ut videtur, XVII obductae fuerunt.

10464-10467. Saec. XVII, chart.

Acta aulae delegatorum Gallicorum ab anno 1594 ad annum 1645, quattuor voluminibus, Gallice.

I (10464), mm. 215 × 159, ff. VI-223 (+ ff. 196^{a-d} neglectis).

Acta a die XI Maii 1594 ad diem XXVII Aprilis 1600, praevia tabula rerum. Inc. *A esté appellé la cause d'entre M.^r Jacques Beller. Des. ce qui ne s'observe plus à present.*

Ff. IV. VI. 196^{a-d}. 220-223 vacua; 132-140 alia manu suppleta. In f. 1^r notula occurrit, manu Isidori Carini, ex qua eruitur hoc volumen una cum tribus sequentibus datum fuisse a Leone XIII Bybliothecae Vaticanae, die 2 Maii 1892. In tegumenti dorso tessella exhibens notas numerales 63-50, titulusque auro impressus: *Registr<e> / du / Parlam<ent> / Thomé 1.*

Tegumentum ex charta spissata, corio castanei coloris oblecta.

II (10465), mm. 210 × 155, ff. 15 + pp. 470.

Acta a die III Iunii 1600 ad diem X Decembris 1610, praefixa tabula rerum. Inc. *A esté fait entre M.^r Pierre de Bourrey. Des. excita Mons^r le Mareschal de Feruaques a marcher a la teste de la noblesse; ce qu'il feist sans deroger aux presontions de son rang et sceaus.*

Ff. 1-2. 9-15 et pp. 457-470 scriptura vacant. Tegumentum ut in cod. praecedenti.

III (10466), mm. 211 × 156, ff. VII + pp. 874 (+ pp. 401^a. 401^b omissis et 470-479 bis numeratis).

Acta a die VII Ianuarii 1611 ad diem XXVIII Iulii 1626, addita tabula rerum. Inc. *La cause de lais assemblée proposée. Des. chef et surintendant de la navigation et commerce de France.*

F. 1 et pp. 867-874 scriptura vacant. Tegumentum ut in cod. 10464.

IV (10467), mm. 212 × 155, ff. VII + pp. 372.

Acta a die XV Decembris 1627 ad diem XXIII Iunii 1645, praefixa tabula rerum. Inc. *A esté fait entres pere François de Toirsy supé-*

rieur des religieux de la mort. Des. signifié et publié tant de ceste ville que celle de Dieppe.

Ff. I. VI. VII et pp. 377-382 scriptura carent. Tegumentum ut in cod. 10464.

10468 (olim 10614). Saec. XV, chart., mm. 216 × 155, ff. 263.

Miscellanea theologica.

1. Ioannis Gerson opera. ¹ (f. 2). Tractatus de consolatione theologiae libri I-IV (in ms., f. 1, *Tractatus de consolacione theologie magistri Johannis Gerson, olim cancellarii Parisiensis, post generale Constantiense concilium, editus anno Domini 1417 et mei primo*; Ioannis Gersonii opera, par. III, Parisiis 1606, col. 7-70). Liber I inc. *Quecumque scripta sunt, ait magnus magister ille. Liber IV des. ut per pacienciam et consolacionem scripturarum spem habeamus. Amen.* ² (f. 51). Tractatus de mystica theologia (loc. cit., col. 252-317). Inc. *Aliqua est theologia mistica ultra eam, que uel symbolica uel propria nominatur. Des. dilectus meus michi, et ego illi, etc. Praemittitur (f. 50) prologus, qui inc. Penitemini et credite ewangelio, et des. meo ordine ac verbis explicabo.* ³ (f. 93). Tractatus de oratione et eius valore editus sub Constantiensi consilio (!) anno incarnationis Domini 1416 a uenerabili doctore Iohanne Gerson (loc. cit., col. 600-617). Inc. *Oportet semper orare et non deficere. Des. qui de moribus iudicat.* ⁴ (f. 105). Dialogus de perfectione cordis... *compilatus Lugduni sub anno 1423* (loc. cit., col. 350-364). Inc. *Theologus loquitur ad animam christianam: Diliges Dominum Deum tuum. Des. hoc fac, ut diligere Deum ex toto corde perfectoque cognoscaris etc.* ⁵ (f. 116). Tractatus de sollicitudine ecclesiasticorum et clericorum (cf. Hain, Repertorium bibliographicum, II, n. 7668). Inc. *Nolite solliciti esse. Matth. 6, Luc. 12. Iubet homo supremus noster Ihesus Christus. Des. Et pax Dei, que exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra et intelligencias uestras in Christo Ihesu Domino nostro. Amen. Praemittitur (f. 115^v) Tabula questionum in eo tractandarum, quae inc. Queritur responsio super dubijs sequentibus, et des. offert se ad Deum, qui ponderator est meritorum.* ⁶ (f. 129). Opusculum de modo vivendi omnium fidelium secundum status abbreviatum (ed. cit., par. I, col. 195-199). Inc. *Regula prima que spectat ad nobiles. Des. pax super illos et misericordia, etc.* ⁷ (f. 131^v). Tractatus de praeparatione ad missam et pollutione nocturna (in ms. ... *de celebratione misse et eius, ut videtur, impedimento per nocturnam pollutionem...* ed. cit., par. II, col. 468-483). Inc. *Dubitatum est apud me frequenter. Des. hoc est omnis homo.*

2 (f. 141). <Pseudo->Dionysii Areopagitae tractatus de mystica theologia ad Thimotheum transmissus, <interprete Ioanne Sarraceno> (D. Dionysii Carthusiani eruditissima simul et utilissima super omnes s. Dionysii Areopagitae libros commentaria, etc., Coloniae 1536, f. 413 et sqq.). Inc. *Trinitas supersubstantialis et superdea et superbona inspectatrix diuine sapientie*. Des. *absoluta et supra tota*.

3. Ioannis Gerson opera. ¹ (f. 143). <Regulae morales> (in ms. *Incipit tractatus*. I. Gerson opp., ed. cit., par. II, col. 5-39). Inc. *Ea, que precepit tibi Deus, cogita semper*. Des. *penitus spoliare contenderet*. Praemittitur *Prologus conclusionum seu regularum moralium de differentijs peccatorum de preceptis et sacramentis tonancium per magistrum Johannem de Gersona positarum*, qui inc. *Agamus nunc interim et des. decoro artificio speciosius ordinare*. ² (f. 173^v). Liber de vita spirituali animae (in ms. *Tractatus <de spirituali vita anime>*), cui, f. 173, praeit epistula (in ms. *prologus*) dedicationis Petro, episc. Cameracensi, quae inc. *Postulare dignata est beneuolencia tua et des. stabilite et consolidate. Bene uale, pater in Christo, et oremus pro inuicem ut saluemur* (loc. cit., par. III, col. 160-239). Inc. *Ego uos baptizavi aqua*. Des. *ita finem huius operis dedicamus*. Praemittitur (f. 169) *Tabula materias locorum sequencium iuxta ordinem alphabeti demonstrans*. ³ (f. 229). Opusculum tripertitum de praeceptis decalogi, de confessione et de arte moriendi (titulus manu Antonii Ruland additus est: ed. cit., par. II, col. 258-283). Inc. *Christianitati suus qualiscunq; zelator*. Des. *sicut in domo Dei Parisius laudabiliter obseruatur*. ⁴ (f. 247). Tractatus de arte audiendi confessiones (in ms. *De audienda confessione tractatus perutilis Cancellarii Parisiensis*: loc. cit., col. 302-309). Inc. <E>tsi virtus, quam assuefactio gignit. Des. *ille plus exercendo et orando, quam legendo erudietur atque proficiet*. ⁵ (f. 252^v). Tractatus de remediis contra recidivum (in ms. ... *de iniungenda penitentia contra recidivum*: loc. cit., col. 312-316). Inc. *Habet hoc proprium ars quelibet*. Des. *numerus, mora, scientia, etas*.

⁴ (f. 255^v). *Tenor bulle indulgentiarum festi Corporis Christi*, praevio summario. Inc. *Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam. Plasmatori omnium similiter et redemptori* (ed. Labbe-Mansi, Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio, tom. 29, Venetiis 1788, col. 436-439).

Codex, caractere Gothico minori exscriptus, titulos habet rubros, litteras initiales librorum et tractatum plerumque coloribus et imaginibus nulla arte depictas et litteras maiores uno aut duobus coloribus exornatas. Notae ad margines praesertim in primis quinquaginta foliis occurrunt. Singulis tractatibus, ultimo excepto, praeit descriptio in chartula additicia, manu Antonii Ruland conscripta. Ff. 1^v. 49^v. 167^v. 168^v. 228^v. 257^v-263^v vacua. F. 1^r, manu ipsius Ruland, titulus *Miscella Theol.* inscriptus est, et summo marg., manu saec. XV, pauca nullius momenti. In marg. exteriori folii 2^r stemma impressum,

addita inscriptione *Ochsen / Hausen*. In parte interiore prioris tabulae integumentum membrana adglutinata est, continens litteras Ulrici, ducis, Petro, episc. Augusten. Vindelic., anni 1430, quibus Ioannes Kempfer, presbyter, eligitur capellanus ecclesiae S. Silvestri (inc. *Cum nos ad capellam Sancti Silue<stri>*); et in parte interiore alterius tabulae alia membrana adglutinata est, ex Kalendario saec. XII avulsa, in qua obitus quorundam virorum et mulierum natione Theutonicorum variis temporibus adnotati fuerunt. In tegumentum dorso titulus, vestigia duarum tessellarum olim adglutinatarum, littera *M* et nota 231 minio exarata; in fronte eiusdem tessella cum signo *Ey*, et membranae frustulum, in quo titulus *Tractatus de consolatione theologie magistri Johannis Gerson cum multis alijs bonis doctrinis*.

Tegumentum ex asseribus corio saec. XVI obductis, bullis olim et etiamnunc fibulis instructis.

10469 (olim 11188). Saec. XIX, chart., mm. 193 × 135, ff. 111.

<Caietani Averardi, Ordinis fratrum s. Augustini> (cf. ff. 29. 49^v. 93)
1 (f. 2) *Memorie di un'epoca dolorosa*; 2 (f. 64) *Memorie rattristanti*; 3 (f. 88) *Zibaldoni o excerpta di detti, motti, sentenze, autorità, brevi anedoti (!), figure, nomi di buoni autori, che scrissero su varie materie etc.* Inseruntur ff. 92-96 *Sonetti ed altre brevi composizioni da me <Gaetano Averardi> scritte nelle pareti della segreta con un chiodo*, quorum initia sequuntur: ² (f. 92) *Castagno ho il crine, il ciglio, l'occhio, il mento* (Son.); ² (f. 92^v) *Se morte il brutto scherzo non mi fa* (Son.); ³ (f. 93) *Giovin di fresca etade a te sacrai* (Son.) ⁴ (ibid.) *Ancora in me saldò lo sghiribizzo* (Son.); ⁵ (f. 94) *Questo è luogo sacro al dolore* (strophae sex versuum n. 2); ⁶ (ibid.) *Piombi gran Dio coll'ira tua tremenda* (versus tres); ⁷ (f. 94^v) *Nell'anno ventisei della mia vita / P' mi rinvenni in orrida prigione* (strophae trium versuum n. 24). In duobus prioribus opusculis auctor quis fuerit ostendit et quomodo in carcerem detrusus et condemnatus, tamquam inscriptus Societati, quam *Giovane Italia* vocant. Opusculum prius inc. *Correva l'anno vigesimo sesto della mia vita, allorchè improvvisamente piombaronmi sopra le disavventure, che sono per contare*; alterum mutilum des. *e a noi restrinsero d'un quarto d'ora il passeggio giornaliero. Un tal tempo era dalle 22 e mezza sino alle 23 e mezza*; opusculum tertium inc. *Amare liceat, si potiri non licet, diceva Cicerone*, et des. *dentellato, tubulati*.

Opuscula, singula auctoris manu scripta, Petrus La Fontaine, Venetiarum Patriarcha, dono dedit huic Bybliothecae die XXII Aprilis an. 1915, ut docent notulae inscriptae in marg. sup. foliorum 2, 64, 88. Enumeratio duplex, paginarum scilicet et foliorum; prior a singulis opusculis inchoatur; altera totum volumen complectitur; hanc ideo sequendam duximus. Ff. 1. 60^v. 61-63 vacua; post f. 22 folium unum abscissum, cum textus detrimento.

In tegumento stemmata Benedicti XV et Francisci a Paula Cassetta, card. bybliothecarii.

BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANU SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

BENEDICTI XV PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE CARD. AIDANO GASQVET

S. R. E. BYBLIOTHECARIO

CODICES VATICANI LATINI

[16]

Codices 10301-10700

RECENSERVNT

MARCVS VATTASSO ET HENRICVS CARVSI

BYBLIOTHEGAE APOSTOLICAE VATICANAE SCRIPTORES



ROMAE
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXX.